



Gospel for the Votive Mass of the Blessed Virgin Mary II


Tonus evangélii

D 
 Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


I 
 -n illo témpore: Pastóres loquebántur ad ínvicem: Transe-ámus




usque Béthlehem, et vide-ámus hoc verbum, quod factum est, quod




Dóminus osténdit nobis. Et venérunt festinántes: et invenérunt Marí-am,




et Joseph, et infántem pósitum in præsépi-o. Vidéntes autem cognové-




runt de verbo, quod dictum erat illis de pú-ero hoc. Et omnes, qui audi-



érunt, mirá-ti sunt: et de his, quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos.



Marí-a autem conservábat ómni-a verba hæc, cónferens in corde su-o.



Et revérsi sunt pastóres glori-ficántes, et laudántes De-um in ómnibus,



quæ audí-erant, et víderant, sicut dictum est ad il-los.